



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

19 Beneficia per resignationem vacantiae consanguineis conferentes, &
illa impetrantes, quam poenam incurrant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

per venerint aratem, afferent, facto interdum circuitu retrocessionis cum fructu reservatione, vel incapaces, aut alijs beneficiis incompatibilibus onusti, aut mere laici beneficia ecclesiastica alijs conferri procurant, ut de illis postmodum ad eorum libitum disponatur, fructus etiam illorum percipientes. Ordinarij etiam, & alij collatores, ac etiam patroni laici, qui curant beneficia deponi, ut fructus, seu pensiones capiant eorundem, & alijs faciant ministrari, & beneficia conferri, aut pensiones, & fructus reservari: Si quis, quacunq[ue] auctoritate ecclesiam, vel monasterium, aut aliud quaecunq[ue] beneficium ecclesiasticum ex resignatione, vel cessione cujuscunq[ue] personæ simpliciter, aut cum circuitu retrocessionis, etiam sola dimittentis intentione, receperit, ut illa, vel illud eidem dimittenti, vel alteri postea conferatur, aut illius fructus, vel eorum pars, alij, aut alijs concedantur, vel pensiones ex iisdem persolvantur, aut si collator conferat beneficium ecclesiasticum quovismodo vacans, ea conditione tacita, vel expressa, ut postea in alterum arbitrio collatoris, seu alterius relinquat, aut remittat, seu pensionem illi, vel illis, quem, vel quos collator, aut cedens, vel alius per se, vel alium scripto, aut verbo jussit, seu significaverit, persolvat: vel si à patrono etiam laico, vel alteri presentatori, aut electori id fieri contingat, in quovis dictorum casuum confidentiæ pravitatis erit contracta, ut per const. Pij. intollerabilis, §. quare nos, in Bull. Roma, cap. 87. & Diaz pract. crim. eo. c. 92. in annot. vers. nec circa.

17 Navar. dist. 6. 23. numer. 110.

† Qui vero beneficia quæcunq[ue], fructus, pensiones, aliaq[ue] res, intercedente

hoc confidentiæ vitio, receperunt, & retinent, omnibus, & singulis alijs dignitatibus, administrationibus, & beneficijs obtentis, fructibusq[ue], & pensionibus, & alijs rebus ecclesiasticis, ac etiam Romanæ curiæ, & alijs officijs temporalibus, privationis, & inhabilitatis ad alia in posterum obtinenda pœnam incurrunt, & in subsidium, excommunicationis sententia innotantur, à qua, nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo constituti, absolutionis beneficium obtinere non possunt, ut eadem consti: ut in fin: sub eodem numero, & ibi per eundem Navar. vers. nota decimò. & vers. undecimò quod subn. 111.

Nam dicta confidentia † octo conjecturis probatur, ut per eundem Navar. eo. numer. 110. vers. septimò nota, dicitur etiam simonia conventionalis, confidentia beneficiæ, ut per Grass. dist. cap. 96. numer. 28. par. 1. lib. 2.

19 Tertiò, † beneficia per resignationem vacantia consanguineis, affinibus, vel familiaribus auctoritate ordinaria conferri non possunt, aliàs de hujusmodi beneficiis sic provisi carent titulo, qui vires, & effectum habere non potest, & contrafacientes, tam collatores, quàm provisi in eo, in quo delinquent, puniuntur, quia à jure conferendi suspensionis pœnam ipso facto incurrunt, donec remissionem à Romano Pontifice meruerint obtinere, & taliter provisi titulo carent, & alias pœnas incurrunt, ut in constitut. vii V. quarta Ecclesia, §. cæterum, & §. qui verò, in Bull. cap. 58. Auctoritate tamen Apostolica per resignationem beneficia consanguineis, affinibus, & familiaribus resignantium conferuntur, † quia dicta constitutio non habet locum in provisionibus

FFF

Apo-